



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Explorator

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Potest anticipare diem distributionis.

Simile, & heredes possunt scire.

Heredes negligentes possunt compelli à iudice.

Executio spectat ad Episcopum.

Laiicus non potest cogi ab Episcopo. Cap. 8. V. potest cogere executores.

32. Executor potest variare electionem locorum, vel pauperum aliàs factã. Card. de Lugo *resolut.* 50. Et anticipare diem, vel tempus distributionis faciendã, dummodo aliter non cõstet de mente testatoris. *Rodriquez resolutione* 51.

33. Heredes, & executores ab bonum animã testatoris, legata, & debita ante tempus solvere possunt. DD. Episcopi possunt infringere heredes, & executores, quando non sunt obstricti aliquo impedimento etiam per Censuras, ut infra sex menses legata pia, & prophana solvantur. *Molina resolut.* 52. & 53. quod si transferit annus non potest prorogari tempus, sed devolvitur ad Episcopum *Micrel. resolut.* 54.

34. Si executores, vel heredes negligentes fuerint ad executionem faciendam, possunt compelli à iudice seculari ad illam faciendam, præsertim ad causas pias. *Joseph. Vela resolut.* 55. Et quando testator providit de alio executore, Ma prioris negligentia, tunc non devolvitur ad Episcopum, nisi hic etiam esset negligens in exequenda voluntate defuncti, in eo casu devolvitur ad Episcopum. *Diana resolut.* 56.

35. Tenetur Episcopus data negligentia executoris, exequi testamentum, & ipso etiam negligente, spectat ad Metropolitanam executionem facere; & eadem ratio est de electore pauperum, orphanorum, puellarum nuptui tradendum. DD. *resolut.* 57. & 61.

36. Quando in testamento non explicatur certum genus pauperum, vel locorum, tunc potest Episcopus, & heredes ad Ecclesiam pauperẽ applicare. *Vvand. resolut.* 58. Et executio spectat ad eum Episcopum, in cujus Diocesi diu testator morabatur, eo animo, ut perpetuo se morari voluisse, & non ubi bona reperiuntur, & si alibi sepeliri iusserit. *Gabr. Pereyra. resolut.* 59.

37. Laiicus non potest cogi ab Episcopo, ut executionem recipiat, sicut potest Regularis à suo Prælate. *Vasq. resolut.* 60.

38. Capitulum Sede Vacante potest compellere executores ad executionem testamentorum. *Covarruv. resolut.* 62.

39. Non potest executor testamentarius cum dispensatione Episcopi, quæ neque Papæ conceditur sine iusta causa, mutare nec recedere à voluntate testatoris. *Carpus resolut.* 63.

40. Nullo modo Iudex laicus se introumittere potest ad executionem testamenti bonorum Clericorum, vel Episcoporum, nec pro completionem inventarii potest tamen in defectu Ecclesiasticorum legem totam. *resolut.* 64.

Vide verb. Testamenti Executor.

EXPLORATOR.

1. Exploratores vulgò dicti (spio) possunt simulare in terris infidelium se esse Turcas, ac eorum vestibus uti, & eorum synagogis, seu Moscheas adire, propter aliquod negotium petendum ad utilitatem Christianorum, non autem tempore, quo Turcæ eunt orandi, vel adorandi Mahometem. *Dian. part. 8. tract. 7. resolut.* 13.

EXTRAHERE.

1. Extrahens à statu Ecclesiastico Emercemoni causa juxta verba Bullæ Urbani VIII. frumentum, oleum, blada, & legumina, in ea tamen quantitate arbitrio prudentis viri iudicanda ut sit peccatum mortale, incidit in excommunicationem in Bulla apposta Papæ reservata, Diana: sub hoc nomine frumenti, non intelligitur panis coctus, nec farina, & sub nomine olei non intelliguntur olearum, etiam si extrahantur, ut ex illis oleum conficiatur. *Palau. part. 9. tract. 8. resolut.* 43.

EXTREMÆ-VNCTIONIS Necessitas.

1. Extrema-Unctio non est homini necessaria, necessitate mediæ: nec præcepti obligantis sub mortali. Ita contra Petrum à Soto *lect. 2. de Sacram. Extr.*

Pentifex non potest recedere à voluntate testatoris.

Iudex laicus non potest se ingerere in testamento Clericorum.

Licet exploratoribus uti vestibus Turcarum in alio quo casu.

Incidit in excommunicationem Urb. VIII.

Extrema-Unctio, cessante contempnente, & scan-